

[*nur R*: Tercio quod prelati ecclesie nec ipsa possunt hominibus peccata dimittere nec indulgencias dare. — Quarto quod quia ipse est deus, potest omnia facere que deus.]

(Sexta^a) materia de beatissima virgine Maria)

De beatissima virgine dei genitrice asserit inprimis, quod aliquis homo possit^b) mereri a deo tantam gratiam, quod ipse efficiatur sanctior beatissima dei genitrice. Probat per illud ewangelii^c), ubi mater filiorum Zebedei, scilicet sanctorum Johannis et Jacobi, rogavit, ut sederent illi duo filii eius unus ad dexteram, alius ad sinistram Christi, et respondit dominus^d): *Hoc non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo*¹⁾).

Secundo asserit, quod ipse tenet corde^e), quod ipse sit ille homo, qui sit sanctior ipsa beatissima dei genitrice.

(Septima^f) materia de interiori et exteriori homine)

Materia septima est, quod^g) ipse fatetur interiorem hominem esse rationem interiorem. Et circa hoc asserit, quod ex quo se spiritui dedit, non habet amplius propriam voluntatem.

Item quod habet^h) interiorem memoriam, que pertinet ad interiorem hominem, sedⁱ) non est sibi plene^k) nota.

(Primum correlarium)

Secundo asserit, quod homo exterior est, quod ipse audit, dormit, sedet et similia^l). Et circa hoc asserit, quod homo exterior tenetur obedire^m) interiori.

(Secundum correlarium)

Tercio quod homo suus interior est ille, qui per spiritum sanctum regiturⁿ), et idem spiritus^o) tenet hominem exteriorem ita^p), quod non potest aliquid facere quam ille spiritus cum homine interiori cupit.

(Tercium correlarium)

Quarto quod ipse secundum hominem interiorem sit iam in illa superiori Jherusalem, de qua dicit sanctus apostolus Paulus: *Que sursum est, mater nostra Jherusalem libera est*²⁾).

a) Septima R b) potest R c) ewangelium K d) dom. *fehlt R*
e) corde *fehlt K* f) Octava R g) *statt* Materia ... quod: Item R
h) habet *fehlt R* i) sed *fehlt R* k) plena R l) *statt* sedet et sim.: et
cetera R m) *folgt* homini R n) regeneratur R o) idem spir. *fehlt R*
p) ita *fehlt R*.

¹⁾ Matth. 20, 23.

²⁾ Gal. 4, 26.